



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LVI. Markgraf Ludwig ermäßigt die Urbede der Stadt Frankfurt auf jährliche
100 Marck Silber, am 30. September 1348.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](#)

et iustitia regni eius in nobis illat et soli eumur invenimus obtemperare solito extollendum in nobis.

LVI. Markgraf Ludwig ermaßigt die Urbede der Stadt Frankfurt auf jährliche 100 Mark Silber, am 30. September 1348.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Ludwicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae marchio, Comes palatinus Reni, dux Bauarie et Karinthie sacrique Romani Imperii archicamerarius, Tyrolis et Goricie Comes, Pensantes et considerantes discretorum virorum Consulum et vniuerorum Ciuium Ciuitatis nostre Vrankenuord, fidelium nostrorum dilectorum, fidelitatis constanciam et sumptuum magnitudinem ac laborum suorum precipue in pontis et aggeris conseruatione et structura necessario incessanter faciendam; Habito discretorum nostrorum fidelium infraSCRIPTORUM fano confilio, Decreuimus et presentibus discernimus et volumus dictos Confules et ciues, ut sue fidelitatis constancia condigna reportent premia et in laborum magnitudine releuentur, Pro annua pensione tempore eterno in Centum marcis brandenburgicis argenti et ponderis duobus terminis Anni, in festo beati Martini quinquaginta marcas et in festo beate Walpurgis quinquaginta marcas, dicti argenti soluendis, nobis heredibus et successoribus nostris solummodo obligari et teneri, decernentes et volentes in tali pensione dictos Confules et ciues presentes et posteros illese fine ipsius augmentatione per nos heredes et successores nostros ex causis premissis perpetuo conseruari. In cuius testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero huius sunt Nobilis vir Guntherus Comes de Swartzburg, dominus in Spremberg, Necnon stremui viri Swikerus de Gundelfingen, curie nostre magister, Vlricus Willbrand, Beringerus Hale marscaleus noster et Wolfhardus de satzenhouen, milites, cum ceteris pluribus fidelegnisi. Datum frankenuord, Anno domini Millefimo Trecentefimo Quadragefimo octauo, feria tercia in crastino beati Michahel Archangeli.

Nach dem Orig. des Stadtarchivs VIII, 1, 29.

LVII. Markgraf Ludwig überläßt der Stadt Frankfurt das ihr verpfändete Geleit für immer, am 30. September 1348.

Nouerint uniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludwicus, dei gratia Marchionis Brandenburgensis — Ob instantes et dignas petitiones discretorum virorum consulum et vniuerorum Ciuium Ciuitatis nostre Frankenuord fidelium nostrorum dilectorum et releuamen oppressionis, qua iplos occasione ducatus seu conductus nostri nomine in dicta ciuitate nostra hactenus continuati et recepti perplexos fore nouimus, pretactum Ducatum deponendum decreuimus et presentibus afferendum volumus et decreuimus extunc sicut et nunc ipsum deponimus et afferimus, quando dicti consules a tempore date presentium computando rehabuerint solutionem pecuniarum suarum in percipiendo predicti ducatus prouentus, quas pecunias pro eodem ducatu secundum continentiam literarum nostrarum nobis exsoluerunt. Nolentes extunc ipsos Confules et Ciues dicte nostre ciuitatis alio conductu maiori aut minori intra Ciuitatem predictam aut extra per nos, here